

principalis pecunie fuerit persoluta, in sortem tamen principalis debiti minime computandum. Datum sub sigillo meo in Holtabodhæ anno Domini m^occc^ol^oiii feria quarta post secundam dominicam pasche.

4906.

1353 April 19.

'Rydh'.

Folke Pettersson gifver morgongåfva till sin hustru Kristina Jonsdotter.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Folko Pater^osson in Rythe salutem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi tam posteri quam presentes me dilecte consorti mee Cristine Jonsdotter dimidietatem bonorum meorum mobilium et immobilium, que michi iure hereditario per mortem dilecti patris mei in Dyura-berghum successerunt, cum agris, pratis, siluis et paschuis necnon et singulis eorundem adiacenciis, quibuscumque nominibus censeantur, ratione dotalicii dicti morgungaw rite et racionabiliter contulisse, predictam eciam donacionem ex consensu heredum meorum cum bonis et prediis de ualore centum marcharum denariorum monete vsualis estimacione precii predictorum bonorum, ut ex antiquo consuetum fuerat, obseruata beniuole aughmentando seruatis condicionibus infra scriptis, quod si inter nos Deo annuente liberos procreari contigerit, donacio predicta iure matrimoniali eisdem cedat possidenda, si autem, quod Deus auertat, ipsam sine liberis discedere contigerit me superstitite uel me mortuo ipsa superuixerit, bona antedicta ad possessionem superuiuentis puram et pacificam absque redempcione qualibet deuuluantur. In cuius rei euidentiam et testimonium sigilla nobilium, uidelicet domini Aringislonis Sunason, domini Karoli Tukason et domini Laurencii Germunsson militum, Halstani Pætersson, Nicholai Bændiksson et Magni Haconsson, qui huic facto presentes fuerunt, vna cum proprio sigillo presentibus sunt appensa. Datum Rydh anno Domini m^occcl^o tercio feria sexta proxima ante festum beati Marchi ewangeliste.

Sigill: n. 1 (båt i sköld utan hjälm; Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 607): s'ÆRINGISLONIS SONAS'; n. 2 borta; n. 3 (tre sjöblad i trekant i sköld utan hjälm; Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 622): RENCII ERMVNDAS'; n. 4 borta, remsan kvar; n. 5 (lejonansikte i sköld utan hjälm): HOLA . . . ENDICI; n. 6 borta, remsan kvar; n. 7 borta.

4907.

1353 April 25.

Riddaren Johan Kettilsson säljer gården Äspanäs i Kristdala socken till sin släkting riddaren Kettil Glysing.

Orig. på perg. i Danska Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Johannes Kætildi miles salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium recognosco puplice per presentes me viro